nario, quod poſtea ſequi poſſe nec per ſententiam, quæ in executiuo præceſſit, impediri ſatis conſtat *ex l. ſi index 10. ff. de his, qui ſunt ſui vel alieni iuris, l. ſi quis à liberis 5. §. ſi vel parens, & §. meminiſſe, ff. de liber. agnoſcend. l. à Diuo Pio 15. §. ſi ſuper rebus (al. ſi rerum) verſ.* nec eum, cui reſtituta eſt, *ff. de re indic. cum ſimilibus,* quibus conſonat *l. fin. verſ. vltim. titulo decimo nono, part. 4.* & vltra ordinarios *vbique* optimè proſequuntur, & explicant Maſcard. *de probat. concluſ. 33. à numero quadrageſimo ſeptimo.* Surd. *de alimentis titulo primo, quæſt. 126. ex numero tertio.* Fachin. *controuerſ. iur. libro decimo, capite 80.* Petrus Barboſ. *in l. diuortio 8. §. fin. 2. part. numero quinquageſimo quinto, & 59. ff. ſolut. matrim.* Cæſar Barcius *deciſ. 81. num. penult. & vltim.* Gratian. *diſceptationum fenſium tomo primo, capite 445. numer. 4. & ſeqq.* Amator Roderic. *de execut. capite ſexto, numero vigeſimo ſeptimo,* D. Ioannes del Caſtillo alios congerens, *quotidian. controuerſ. libro tertio, capite 27. numero trigeſimo & trigeſimo primo, libro quinto, capite 104. ex numero trigeſimo quarto,* qua videlicet ſententia damnum ex eo mandato, ipſiuſque executione proueniens reparari poteſt. Id quod, nempè præparare cauſam, & diffinitiuam expectare ſententiam, qua illatum damnum reparari valeat, proprium eſt ſententiæ merè interloquutoriæ, *l. quid ergo 13 §. quantum, ff. de his qui notantur infamia, l. qualem 19. §. vnde videndum,* illic: *ſed de præparatione cauſa ff. de recept. arbitr. l. poſt ſententiam 9. in fin. C. de ſententiis: & interlocut. omn. iudic.* & in terminis magis id ex eo proba-
34 ri poteſt * quod ab ipſa executione facti iure appellat. denegatur *in l. ab executore 4. ff. de appel. l. ab executione 5. C. quorum appellat. non recipiantur, c. nouit. 43. de appellationib. l. 52. verſ.* E del fecho, *tit. 18 part. 3. l. 161. ſtyli, l. 63. Taur.* quæ eſt *l. 3. tit. 21. libro quarto noua compilat.* proſequuntur latè vltra DD. vbique Socin. *reg. 26.* Pet. Dueñas *reg. 41.* ergo & à mandato de exequendo denegata cenſeri debet ex reg. *l. oratio 16. ff. de ſponſa-
35 lib. cum ſimil.* Accedit, quod * cum mandatum de exequendo ſit pars executionis, idem de eo, quod de ipſa executione iudicandum eſt, ex reg. *l. qua de tota 76. ff. de rei vendic. l. 4. ff. pro derelicto,* & quia aliàs non eſſet litium finis, contra vul-
36 garia iura. Ex quibus * ab eiuſmodi mandato appellationem non admitti quoad ſuſpendendi effectum, contra gl. & Doctores in arg. commemoratos longè verius, ac receptius eſſe ex mente gloſſæ contrariæ *verbo datam, circa fin. verſ.* Et, quod dico, *in l. item ſi cum exceptione 14. §. hac autem actio, ff. de eo, quod metus cauſa,* concludit Alex. *conſ. 95. numero quarto & quinto, libro ſecundo, & conſ. 181. numero 12. libro ſexto,* Aret. *in l. ſtipulationum 5. numero ſecundo, in fin. cum ſeqq. ff. de verb. oblig.* Felin. *in c. quoad conſultationem 15. numero 14.* verſ. *In contrarium* (qui tamen perperam *numer. ſeq.* id reſtringit ad mandatum de exequendo, poſt latam ſententiam pronunciatum) *de ſententia & re iudic.* Ripa *in rub. ff. eod. tit. numero 13.* (male pro ſe citans Angel. *conſ. 115.* qui aperte contrarium docuit, *numero primo ad fin. & numero ſecundo,* verſ. *Concludo*) Corneus *conſ. 71. numero 5. vol. 1.* nec diſſentit idem Corneus, rectè inſpectus, imo idem vult per argumentum ab ſpeciali, licet vulgo vt contrarius allegetur, *conſ. 221. numero 1. 2. & 3. vol. 4.* Socin. iun. *conſ. 138. numero 6. & 7. vol. 3.* Capicius *deciſ. 1. numero 17.* Crauet. *conſ. 273. numero primo, verſ.* Nec obſtat, *& numer. 14,* Gratus *conſ. 109. numero tertio, libro ſecundo.* Rebuf. *d. tomo primo, ad ll. Gallicas, titul. de litteris obligatoriis, artic. 1. gloſ. 10. numero primo, & titul. de ſententiis executoriis, artic. 7. gloſſ. duodecima, numero decimo ſexto.* Marant. *d. actu 2. de appellat. 7. limitat. verſ.* An autem, *ſub numer. 260.* quicquid ipſe alibi, nempè *actu 1. de prolatione ſententiæ, numero vigeſimo quarto & vigeſimo quinto,* quoad qualitatem ſententiæ, cui hoc mandatum adſcribendum ſit, interloquutoriæ ſcilicet, an diffinitiuæ, aliud velit, diſtinguens inter mandatum de exequendo inſtrumento, vel de exequenda ſententia & aſſerens hoc habere vim interloquutoriæ meræ; illud verò diffinitiuæ, Bernardus Diaz, & ad eum Salzedus alios congerens *regula quadrageſima tertia,* latè Rodericus Suarez (priorem * 37
ſententiam communem, quam prius firmare videbatur, praxique receptam teſtatus eſt, vt ab executorio præcepto appellari ſuſpenſiuè poſſit, veram tantum intelligens in præcepto negatiuo de non exequendo, reiecta illa Felini reſtrictione, ſeu diſtinctione prius à ſe relata) *ad l. poſt rem iudicatam, ff. de re iudicata, in declaratione legis Regni, §. quæro vtrum poſſit, numero quarto,* Anton. Gabriel. qui & alios ex more refert, *commun. concluſionum, libro ſecundo, titulo de appellationibus, concluſione quarta,* verſiculo *Contrarium,* eleganter Dominus Couarruuias à paucis animaduerſus, *in practic. quæſtion. capite vigeſimo tertio, numero nono,* verſ. *Tertium exemplum,* Roland. à Vall. *conſil. 43. numero ſexto, libro primo,* Gregorius Lopez idem reſoluens in præcepto de ſoluendo, *in l. 7. gloſſ. 1. titulo tertio, part.* Menochius *de adipiſcend. poſſeſſ. remed. 4. num. 817. & 828. & de recuperanda, remed. 8. numero 85.* Menchaca *controuerſ. vſufruct. lib. o ſecundo, capite 38.* Didacus Perez *ad l. 5. titulo octauo, libro tertio ordinament. gloſſ. penultim. verſ. vltim.* Azeued. *in dict. l. 3. compilat. numero quarto,* verſ. *Et an à mandato,* Parladorius alios quoque cumulans *libro 2. rerum quotid. cap. fin. prima part. §. 4. numero penult. & vltim. & quinta part. §. 2. numero duodecimo,* Gutierr. *dict. libro primo practicar. quæſt. 124. numero ſeptimo, & in l. nemo poteſt, numero 447. ff. de legatis 1. & conſil. 29. numero vltim.* Surdus *conſ. 358. numero 12. libro tertio,* Don Ludouicus à Peguer. *in praxi crimin. rubr. 18. de ſupplicat. numero quarto, in tertia opinione,* verſ. *Quamvis enim,* Trentacinq. *variarum reſolut. libro ſecundo, reſolut. 12. de appellationibus numero 2. in ſecunda opinione,* (quamuis *numero 3.* reſtringat cum Felin. ſup. & aliis ad mandatum de exequendo poſt executoriam ſententiam) Vincentius Caroc. poſt alios non paucos, *de remediis contra præiudiciales ſententias,* ſiue *de exception. except. 44. numero 70.* Maſtrill. *deciſ. 302. numero 19. part. 4.* Steph. Gratian. *diſceptationum forenſium tomo ſecundo, cap. 333. numero 1.* latè Ceuall. ſic tandem concludens *practicarum quæſt. tomo primo, quæſt. 190. per totam* (licèt poſtea ſui oblitus noua in hoc articulo diſtinctione vtatur *tomo quinto, ſiue tractatu de cognitione per viam violentiæ, quæſt. 8. à numero 15.*) ſed & hanc ſententiam tacitè probat idem Ceuall. *eodem tom. 5. quæſt. 146.* dum ſe refert ad Scacciam in loco protinus referendo, Cancerius ſibi contrarius *dict. libro primo variarum capite 17. numero vigeſimo tertio,* Scaccia ſibi quoque parum conſtans *de appellationibus quæſt. decim. ſeptim. limit. 10. numero 8.* verſ. *Contrarium, cum ſequentib.*

Volañus *in Curia Philipp. dict. ſecunda parte de iudicio executiuo, §. 14. numero 9.* Amatus Rodericius *de exequut. capite primo, articulo ſecundo, numero trigeſimo primo, poſt medium,* verſic. *Ita tamen,* D. Pichardus (Rodericus Suarez diſtinctione vſus, quæ & mihi veriſſima videtur, licèt eum remiſſiuè tantum non ad hoc referat) *manuductionum ad praxim 2. part. §. 6. numero vltim.* Mauſonius *de cauſis executiuis, ampliat. 34. numero vndecimo, & ampliat. 35. numero decimo, vndecimo & duodecimo,* Anton. de Amato, limitans in mandato de exequendo, nouum inferente grauamen, *reſolut. 6. forenſi, numero duodecimo,* latiſſimè Salgad. *de Regia protection. p. 4. capite primo, à numero vndecimo, ad 50.* vbi meritò contrariam impugnat ſententiam, quod à mandato de exequendo appellare liceat quoad vtrumque effectum, quam *præcedent. numero,* retulerat, quamque & ipſe quoad qualitatem ſententiæ, cui adſcribi debeat tale mandatum de exequendo, ſibi parum conſcius alibi ſequitur, dicens illud vim habere diffinitiuæ, nempè *2. part. capite primo, numer. 181,* in quo errore ſimiliter eſt Petrus Barboſ. vir alioqui doctiſſimus *in l. ſi debitori 21. numero 102. iuncto numero 135. in fin. digeſt. de iudiciis.*
38 Quæ quidem ſententia, * à mandato de exequendo appellationem negans quoad ſuſpendendi effectum, non tantum procedit, ac vera eſt in executore mero, ſed & in mixto, qui ſcilicet executioni præmittere cognitionem debet, cum non minus in hoc militent rationes ſupra conſideratæ, quicquid contrarium velit Fachin. *controuerſiarum iuris libro primo, capite ſeptuageſimo quarto,* verſ. *Ego ſanè,* nec tantum in mandato de exequendo ſententiam iam latam, ſed & inſtrumentum, habens executionem paratam, ex eadem ratione, quod tale mandatum nihil aliud ſit; quam ſententia merè interlocutoria, non autem diffinitiuæ vim habens, quicquid contrarium voluerint Felinus Marant. Trentacinq. Barboſ. & Salgad. ſuperius commemorati, & quicquid eiuſmodi ſententiam magis eſſe de mente Doctorum in hac materia loquentium dicat Cæſar Manentus *conſil. nonageſimo octauo, à numero quarto.*
39 Qua propter neque à præcepto de exequendo chirographo, legitime in iure recognito, appellatio admittetur quoad ſuſpendendi effectum, vt docet in terminis Auendañus, id amplius, etſi error in recognitione admiſſus allegetur, *dict. capite trigeſimo, numero quinto, ad fin.* qua de re latius in duabus ſequentibus diſſertationibus diſſeram.

* * *

DISSERTATIO XXIII.

De chirographo, aliòve priuato inſtrumento in iure recognito, an omni iure paratam executionem habeat, quidque noui circa illud, & iudicialem confeſſionem apud nos ſtatutum ſit *in l. 5. titul. 21. lib. 4. nouæ compilat.* ac de requiſitis vt talis recognitio, & confeſſio executioni mandari poſſint?

SVMMARIA.

1 *Chirographum in iure recognitum ex peculiaribus variarum nationum ſtatutis paratam executionem habet.*
2 *Iure etiam communi idem abſque difficultate plurimi admittunt, maximè in illis partibus, in quibus ex earum legibus publicum inſtrumentum paratam executionem habet.*
3 *Recognitio habet vim confeſſionis, & nihil eſt aliud quam propriæ ſcripturæ approbatio, per eius relectionem facta.*
4 *Confeſſio pro re iudicatâ habetur, qua paratam executionem habet.*
5 *Scriptura priuata, à parte recognita, publicæ ſcripturæ æquiparatur.*
6 *Scriptura publica, iure noſtro Regio paratam executionem habet.*
7 *Priuata recognita abſolutè executionem non habet iure communi, nec apud nos habebat ante* l. 5. titul. 21. lib. 4. nouæ compilat.
8 *Argumenta, quibus plerique vtuntur ad concedendam vim executiuam priuatæ ſcripturæ recognitæ, per ſe non ſufficiunt ad inducendum abſolutè executionis ius, adeò ſtrictum, & exorbitans, & quare?*
¶ *Mouere tamen potuerunt legislatorem, ad ità diſponendum.* ibid.
9 Lex 5. titul. 21. lib. 4. nouæ compilat. *executionem tribuens priuatæ ſcripturæ recognitæ, cum generaliter loquatur, in omnibus eius ſcripturæ ſpeciebus accipi debet, vt & frequentiſſimè accepta eſt.*
10 *Scriptura priuata recognita, quibus conſtare debeat requiſitis, vt paratam executionem habeat plures DD. tractant, remiſſiuè.*
11 *Recognitio priuatæ ſcripturæ quemadmodum, & confeſſio, vt executionem mereatur, facienda eſt coram competenti iudice, etiam non pro tribunali ſedente, neque altera parte, vel eius procuratore præſente, & quare?*
12 *Poteſt etiam fieri coram tabellione, vel apparitore, vulgo* alguazil, *ad recognitionem, vel confeſſionem admittendam deputato.*
13 *Recognitio, aut confeſſio coram iudice incompetenti facta, executionem non meretur.*
14 *Prodeſt tamen ſaltem ad hoc, vt in ea perſiſtere confitens à ſuo iudice cogatur.*
15 *Recognitio, aut confeſſio omnino extraiudicialis, minimè ad executionem ſufficit, licet teſtibus probata, ad viam ordinariam proſit.*

16 Confeſſio extraiudicialis, facta creditore abſente, duobus teſtibus probata, ſemiplenam dumtaxat probationem contra confitentem inducit, quæ plena efficitur vno accedente teſte, qui de viſu contracti debiti deponat.

17 Confeſſio extraiudicialis, facta præſente parte, duobus legitimis teſtibus probatas plenè debitum probat.

18 Recognitio, vt executionem habeat, debet fieri à parte, quæ chirographum ſcripſit, vel ſubcripſit.

¶ Scribere propria manu, ac proprio ex preſſo nomine, etiam abſque ſubſcriptione ſufficit, vt ſcribens obligatus maneat, ibidem.

19 Subſcribere ſcripturæ, ab alio factæ nomine ſubſcribentis, ſufficit ad eum obligandum.

20 Scriptura priuata à debitore ſubſcripta, non etiam ſcripta, ſi tamen per eum ſit recognita, nedum ipſi præiudicat ad condemnationem in via ordinaria, ſed etiam vt executioni mandari poſſit vigore ſtatuti, priuatæ ſcripturæ propria debitoris manu factæ, ac per eum recognitæ vim executiuam tribuentis.

21 Idem in terminis legis Regiæ 5. titul. 21. lib. 4. compil. Regnicolæ notarunt.

22 Idque ab omnibus extenditur, etſi priuatum inſtrumentum, ſeu chirographum à debitore recognitum, neque ſcriptum, neque ſubſcriptum ab eo ſit, ſed ab alio de eius mandato.

23 Lex 119. verſ. E porende, titul. 18. partit. 3. de recognitione priuatæ ſcripturæ loquens, dumtaxat agit de condemnatione, eius virtute facienda in via ordinaria, adeóque malè quaſi expreſſa affertur à Parladorio ad viam executiuam.

24 Recognitio tertij ſcribentis, vel ſubſcribentis de mandato principalis non ſufficit, ſi ille neget, ad executionem contra eum decernendam, & numero. 44.

25 Obligare quemquam inuitum, non debet eſſe in poteſtate tertij.

26 Executiuum ius, ſtrictum nimis eſt, & exorbitans, nec ex ſola teſtium depoſitione pendere debet.

27 Teſtium depoſitionem de mandato ſcribendi à debitore facto ſufficere, vt ſcriptura aduersùs debitorem ipſum executioni mandari poſſit, malè cenſuit Stephanus Gratianus.

28 Debitore negante mandatum tertio datum ad ſcribendum chirographum, quo obligatus reperitur, ſi tertius illud recognoſcat, & mandatum teſtibus probetur, ſufficit, vt in via ordinaria condemnari debitor poſſit, & n. ſeqq.

29 Scribere, vel ſubſcribere aliquem propria manu, vel alium de eius mandato, nihil intereſt, vt ſcriptura propriè dicatur mandantis

30 Recognitio ſcripturæ in negante illam, vel mandatum ad eam, propriè dari non poteſt, licèt adſit recognitio ſcribentis de aſſerto debitoris mandato, idque teſtibus probetur.

31 Probatio debiti, in chirographo à debitore negato contenti, ad viam executiuam ſufficiens non eſt.

32 Chirographum trium teſtium virorum, proprias ſubſcriptiones recognoſcentium, aut etiam duorum, de contractus tenore deponentium, authoritate ſuffultum, executionis ius non minùs habere, quàm iudicialiter recognitum exiſtimarunt plerique, quorum ſententia conuincitur.

33 Idem in chirographo, per vnum teſtem de debito deponentem, & literarum comparationem comprobato, docuit Villadiego, id Parladorio imponens, qui ſimiliter taxatur.

34 Recognitio chirographi, vt executionis ius habeat, fieri debet ab habente legitimam perſonam ſtandi in iudicio.

35 Recognitio minoris, curatore carentis, ſufficit ad executionem contra ipſum decernendam, ſecus ſi curatorem habeat, quia ipſius interuentus in recognitione neceſſarius erit.

36 Recognitionem minoris, etiam curatore carentis, ad executionem non ſufficere, notans Auendañum quaſi ſibi contrarium, magis probat Azenedus, motus quibuſdam legibus partitæ, malè ab ipſo perceptis.

37 Lex 1. & 4. tit. 13. partit. 5. viginti quinque annorum ætatem requirentes, vt confeſſio in iudicio facta confitenti noceat, dumtaxat pertinent ad actus contradictorij iudicij iam inchoati, non ad præparatorios.

38 Ioannes Gutierres taxatur, dum putat, recognitionem minoris, etiam curatorem habentis, ſufficere ad executionem contra ipſum decernendam.

39 Lex 22. tit. 11. lib. 5. nouæ compilat, expenditur, & explicatur.

40 Recognitio, vel confeſſio, etiam iudicij præparatoria, minoris, ſub tutoris, vel curatoris poteſtate conſtituto, minimè nocebit.

41 Recognitio an ſimplex, certa, & clara debeat eſſe? remiſſiuè.

42 Recognitio, vt executioni mandari poſſit, debet eſſe expreſſa, nec ſufficit tacita reſultans ex ſilentio.

43 Id tamen tam ex communi DD. ſententia, quàm ex recepta praxi limitatur, ita demum procedere, niſi huiuſmodi tacita recognitio reſultet ex contumacia, vel nolentis comparere poſt perſonalem citationem ei factam ex iudicis decreto, vt ad recognoſcendum compareat, vel recognitionem, ſeu claram reſponſionem poſt comparitionem recuſantis, quia alterutro caſu iudex poterit inſtrumentum habere pro recognito.

44 Quæ limitatio adhuc ampliatur, vt procedat etiam ſi non adſit perſonalis citatio rei, de cuius latitatione alioqui conſtet, vt tunc ſufficiat, ad decernendum contra eum executorium mandatum, citatio ad domum ipſi facta, ſaltem duplicata.

¶ Auth. vt liceat matri, & auiæ, §. ſi quis in ſua domo collat. 8. expenditur, ibidem.

¶ Gl. verbo admonitus, in Auth. de hered. & falcid. §. ſi quis autem non implens, collat. 1. expenditur, & remiſſiuè exornatur, ibidem.

45 Praxis hæc ab aliis impugnatur, nouam introducentibus, vt reo ad recognoſcendum citato, recognoſcere nolente, vel ad id faciendum comparere, iudex eum, vel eius bona, donec recognoſcat, vel compareat, capi iubeat; quæ praxis Authori regulariter æquior, & rationabilior videtur.

46 Hiſpalenſis, & Granatenſis, Senatus modò primam, modò ſecundam praxim, ex cauſa, & perſonarum circumſtantiis amplecti ſolet.

47 Recognitio priuatæ ſcripturæ, vt executionis ius habeat, debet fieri in ipſo litis exordio ante ſolemnem libelli porrectionem, vel litis conteſtationem, iudice tunc ad actoris inſtantiam reo

reo iubente, vt declaret, an ipſius ſit ſcriptura, de qua agitur, & num. ſeqq.

48 Recognitio priuatæ ſcripturæ, vt ex ea agi poſſit vel ordinariè, vel ſummariè, aliter quàm per executionem, tam antè, quàm poſt litis conteſtationem fieri poteſt ad iudicis interrogationem, & nu. ſequenti.

49 Recognitio priuatæ ſcripturæ ſi poſt litis conteſtationem fiat, non habet executionem paratam, ſed erit expectanda ſententia.

50 Baldi locus corruptè à D. Couarr. citatus expenditur, & aduersùs eum retorquetur.

51 Summaria via strictè ſumpta multùm ab executiua differt, nec de illa ad iſtam affirmatiuè rectum ſumitur argumentum.

52 Appellatio in cauſa ſummaria, quæ executiua non ſit, admittitur quoad vtrumque effectum.

53 Summaria in cauſa remittuntur ſolennitates ordinarij iudicij, iuriſque termini reſtringuntur, non autem tollitur ſuſpenſiuus effectus.

54 Confeſſio iudicialis, ſi ante ſolemnem libellum, vel litis conteſtationem ex iudicio mandato ſpontè fiat, paratam habet executionem, præmiſſo præcepto de ſoluendo intra certum diem.

¶ Lex proinde 25. §. vlt. ff. ad l. Aquil. l. poſt rem iudicatam 56. ff. de re iudicata, l. 1. ff. de confeſſis, & l. vnica, C. eodem, quæ confeſſionem in iure factam, rei iudicatæ æquiparant, optimè intelliguntur, & ad praxim applicantur, ibid.

55 Confeſſio, ſi libello iam porrecto in ipſa litis conteſtatione, vel poſt fiat, executionem paratam non habet, ſed poſt ſe iudicis ſententiam expectat, & num. 59. & 60.

56 Lex Iulianus 3. & l. qui ſtichum 5. ff. de confeſſis expenduntur, & remiſſiuè explicantur.

57 Bart. & alij confeſſioni iudiciali executionis ius ſimpliciter tribuentes, neceſſariò accipiendi ſunt de ea confeſſione, quæ in litis exordio facta eſt.

58 Lex 7. verſ. Mas quando, titul. 3. & lex 2. verſ. E porende, tit. 13. partit. 3. pro communi diſtinctione inter confeſſionem factam in litis exordio, vel poſt, expenduntur.

59 Confeſſio etiam poſt ſolennem libelli porrectionem, citra litis tamen conteſtationem emanata, animo potiùs iudicium declinandi ſeu vitandi in dubio facta præſumitur, nec proinde iudicis poſt ſe ſententiam expectat.

¶ Lis nulla eſſe poteſt, vbi ceſſat alterius partis contradictio, ibidem.

60 Id multò magis procedit, vbi confeſſio ante litis conteſtationem fit, debito ſimul oblato. & vtroque caſu iudicis ſententiam non expectat, ſed locum tantùm facit iudicis præcepto de ſoluendo, vel conſignando intra certum terminum pecuniam debitam.

¶ Lex ſi reus paratus 73. ff. de procurator. l. ſi debitori 21. ff. de iudicis, & lex ad ſolutionem 5. C. de re iudicata, optimè expenduntur, & ad praxim applicantur, ibidem, & num. 65.

61 Confeſſio libelli reſponſoria, litis conteſtationem regulariter inducit, adeoque poſt ſe iudicis ſententiam expectat, & qualiter hoc accipiendum ſit cum num. ſequentib.

62 Confeſſio abſoluta, animo ſoluendi, & iudicium euitandi facta, per debiti ſolutionem, aut conſignationem, vel confeſtim, vel intra terminum à iudice aſſignatum re ipſa factum litem tam ordinariam, quàm executiuam ceſſare facit, cum 2. num. ſeqq.

63 Iudicium à litis conteſtatione exorditur.

64 Actus agentium non debet vltra eorum intentionem operari.

65 Liberatio ipſo iure contingit per debiti ſolutionem, aut realem conſignationem.

¶ Lex 22. tit. 4. lib. 3. & lex 18. 21. 22 & 23. titulo 21. libro 4. nouæ compilat. optimè, expenduntur, & remiſſiuè explicantur pro euitanda executione per oblationem debiti, ibidem.

66 Confeſſio libelli reſponſoria, ita demum litis conteſtationem inducit, ſi admixtam habeat negationem, ſeu contradictionem aliquam.

67 Confeſſio ita facta executionem non meretur, ſed viæ ordinariæ, ac ſententiæ diffinitiuæ prolationi locum facit.

68 Confeſſione libelli reſponſoria non ſimpliciter, ſed ſub aliqua contradictione facta, iam ex ea fundatus eſt ordo iudiciarius ſuper actione ordinaria.

69 Creditor, cui via executiua competit, in executione petenda cauere debet, ne verbis ad viam ordinariam ſpectantibus, ſed ad executiuam tantùm vtatur, ne vnam pro alia ingrediatur, & ad omiſſam regreſſus ei non pateat, & qualia huiuſmodi verba ſint?

70 Lite iam conteſtata ſuper actione ordinaria, actori non licet ad viam executiuam pregredi, etſi expenſas refundere ſit paratus, ſecùs ſi lis nondum fuerit conteſtata, quomodo contrariæ opiniones conciliantur.

71 Libellum vſque ad litis conteſtationem, non etiam poſt emendare, vel mutare licet, maximè in ſingularibus iudiciis.

72 Idem eſt in iudiciis vniuerſalibus, vel generalibus ex veriore, ac receptiore ſententia contra Martinum antiquum gloſſatorum, à nonnullis receptum.

73 Actor agens vno ex remediis ſibi competentibus in iudicio ſummario, vel executiuo, non præcludit ſibi viam quoad aliud in eodem iudicio, donec ſibi integrè ſatisfiat, & explicata Bart. doctrina.

74 Deciſio Granatenſis curiæ refertur.

75 Parladorius, & Volañus notantur putantes, quocumque tempore iudicialis confeſſio emanauerit, etiam poſt litem conteſtatam, executiuum ex ea ius competere, quod tam iure communi, quàm Regio falſum eſſe oſtenditur.

76 Lex 3. ff. de confeſſis rectè intelligitur, & contra Parladorium retorquetur.

¶ Dictio etiam, ſui natura difficiliorem caſum implicat, ibid.

77 Lex cùm de conſuetudine 34. in verſ. An etiam contradicto, ff. de legibus, remiſſiuè intelligitur.

78 Lex 5. tit. 21. lib. 4. nouæ compilat. dum confeſſioni iudiciali executionis ius concedit, de ea tantùm confeſſione accipienda eſt, quæ in limine iudicij ante litis conteſtationem emanauit, & quid noui attulerit vltra ius commune? & num. 84.

79 Parladorij magna audacia, & præſumpta authoritas in proſternendo communia Doctorum dogmata, malè ab ipſo percepta, obiurgatur, duplexque in eum Alciati emblema expenditur.

80 Deciſio incidens Hiſpalenſis Senatus refertur, & num. ſeqq.

81 Confeſſioni ab adminiſtratore, tutore, curatore, vel ſocio in iudicio facta ſi qualitas reddendarum rationum addatur, talis qualitas ipſi confeſſioni coniuncta, & connexa eſt, nec ab ea ſeparari poteſt, & quare?

82 Confeſſioni certa in iudicio emiſſa à recuperante reditus alienos, neque vllum aliud negotium admixtum habente, qualitas reddendarum rationum adiecta, ſeparata cenſetur, nec vllam pro ſe præſumptionem habens.

83 Confeſſioni adiecta qualitas ſi ſeparata ſit, nec pro ſe præſumptionem habeat, repudiari ab actore poteſt, in eotantùm confeſſione acceptata, in quo illa certa, at liquida manet.

84 Confeſſio tamen huiuſmodi ita demum executioni mandari poteſt, ſi congruo, ac legitimo tempore in iudicio fiat, nempè in ipſo litis exordio ante ſolemnem libellum, & litis conteſtationem, ſecùs ſi poſt.

85 Recognitionis priuatæ ſcripturæ ſi iuris accedant requiſita, eodem modo ad eius executionem procedere iudex poteſt, quo progredi iure valet ad executionem aliarum rerum, paratam executionem habentium, & quæ ſint illa, qualiſque is modus breuiter traditur.

86 Executio, ex diſpoſitione legum Regiarum priuatis ſcripturis in iudicio recognitis, publiciſque inſtrumentis, & aliis rebus conceſſa, eodem modo procedit aduersùs clericos in eorum foro.

EX hactenus dictis conſtat, chirographum in iure recognitum paratam habere executionem; cæterum non ſic expeditum eſt, an omni iure executiua vis illi conceſſa ſit, an verò opus ad id fuerit apud nos conſtitutione legis 5. *tit.21.libro quarto, nouæ compilat.* & apud cæteras nationes peculiaribus ſtatutis ita diſponentibus
1 bus * quale apud Florentinos extare refert Azeued. *in d.l.5. numero ſecundo, ad fin.* apud Gallos Rebuf. 1. *tom.ad leges Galli. tit. de chirograph. recognit. in præfat.ex numero 48.& art. 2.numero tertio & quarto.* Nicol. Boer. *q.ſeu deciſ. 295. numero 14.poſt med.verſ.* Ergo oportet, *& verſ.* Tamen de ſtylo, *ac numer.15.*apud Saxonicos Matthias Collerus *de proceſſ.execut.part.3.cap.1.numero 97.* apud Lucanos ſeu Lucenſes Hieronym. Magonius *deciſ. 15. numero 30.* Apud Luſitanos quoque item eſſe ſtatutum conſtat *ex libro 3. ordin. titulo decimo ſexto, §. vltim.* & referunt Valaſc. *conſultat.164. & conſultat.170. à numero ſexto,*Pereir.*de empt.& vendit. capite ſexto, numero decimo ſexto.* Licèt autem huiuſmodi inueſtigatio inutilis videatur Parladorio, qui proinde ſuum in ea interponere iudicium noluit *lib.2. rerum quotidian.cap.fin.1.p. §.5. num.2. & 3.* nobis tamen aliud videtur, cùm non Hiſpanis tantùm, aut illis nationibus, in quibus eiuſmodi adſunt ſtatuta, ſed & aliis, in quibus illa deficere poſſunt, hæc ſcribamus.

2 Et quidem iure communi, maximè in illis partibus, in quibus ex eorum legibus municipalibus publicum inſtrumentum paratam executionem habet, chirographum quoque ſimile vel priuatum inſtrumentum in iure recognitum illam habere, ita vt id ampliùs ſpecialiter ſtatui neceſſe non ſit, docuerunt Gregorius Lopez *in l.119. gloſſ.quarta, titulo 18. parte 3.* Did. Spino *in ſpec.teſtament.gl.ß. vnic. princip. numero vltim.* verſ. *Quæ ſententia*, Cæſar Vrſillus ad Afflictum *deciſ. 85. numero quarto.* Hieronymus Magon. qui eum refert, ac ſequitur *dict.deciſ.15. numer. 19.* & poſt alios Stephanus Gratian. *diſceptationum forenſium tomo primo, capite 183. numer.10.* Petrus Auguſtinus Morla *in emporio vtriuſque iur.titulo octauo, de rebus cred. in prælud.numer.15.* D.Antonius Pichard. *ad princip.inſtit. quib. mod.re contrah. obligat. numer.* 88. 89. & 90 Vincentius Grilenzonius *conſil.52.numer.28. & 29.* Floridus Mauſon. *de cauſis execut. libro primo, quæſt.5.numer.36.* D. Ioannes Baptiſta Valenç. *conſil.112.numer.2.*Mouentur autem primò,* quia recognitio habet vim confeſſionis, 3 cùm nihil ſit aliud, quàm propriæ ſcripturæ approbatio, per eius relectionem facta, vt probaui *diſſertat.21.num.26.*& vltra ibi relatos tradit D.Valenzuela *dict. conſ.112. num.45.* confeſſio 4 autem * omni iure paratam executionem habet, cùm pro re iudicata habeatur, *l.1. & 3. ff. de confeſſis, l. vnic. Cod.eodem titul.* rei autem iudicatæ certum ſit executionis ius competere, *l. à Diuo Pio 15. §.1.cum ſeqq. & l.poſt rem iudicatam 66.ff. de re iudicata*, ex quibus ſic reſoluunt Rebuffus *dict.tit. de chirograph. recognit. in præfat. num.46.* Valaſc. *dict.conſultat. 170. num.5.* Paz *in praxi 4.part. tomi 1.cap.1. num.23.* Parlador. *dict.cap fin.1.p. §.4.ex num.* Amator Rodericius *de execut.ſent.cap.1. art.2. num.21. & 23.* Ludouicus Cencius *de cenſib. part.1. cap.4. num. 23.* D.Ioann.Baptiſta Valenç. *dict. conſ. 112. num.10. lib.2.*

Rurſus quia ſcriptura priuata à parte recognita, publicæ ſcripturæ æquiparatur, arg. Text. 5 *in l. ſcripturas 11. C.qui potior. iunctis, quæ circa eam diximus diſſertat.21. numero 23.* idque apertè apud nos probatur *in dict.l.119.* illic: *Si la parte, contra quien aduzen tal carta como eſta la otorgare deue valer, bien aſſi como ſi fueſſe fecha por mano de eſcriuano publico, tit.18. part.3.*quam ad hoc notant vltra Gregor.Lopez *ibi gloß.* 4.Didacus Burgenſ. *quæſt. 4. ciuili, numero 14.* Mieres *de maiorat.1.part.quæſt.65.numer.12.* iuxta nouiorem edit.Auendañus *in l.22.Tauri gl.1.nu.19* cum aliis mox referendis. Publicum verò inſtrumentum * iure noſtro Regio paratam executionem 6 habet, *l.4.& 5.titul.8.libro tertio, ordinam. veter.l. 1.2.& 19.titul.21.libro quarto, nouæ compilat.* ergo & priuatum recognitum eandem vim obtinere debet.

Verum his non obſtantibus, longè verius 7 eſt, priuatam ſcripturam, iudicialiter à parte recognitam, executionem iure communi abſolutè non habere, adeóque nec apud nos habuiſſe *ante l.5.tit.21. lib.4. nouæ compilat.* vt obſeruarunt rectè D.Præſes Couarruuias *variar. reſolut. lib.2.cap.11.num. 4. poſt princip.* verſ. *Nihilominùs* Valaſc. *dict.conſult.170.num.5.* Paz *in praxi, 4.part. tom.1.cap.1.ex num.21* Azeued. *in d.l.5.n.1.* ac ſentiunt non obſcurè Auendañ. *de exeq. mand. 2.p. cap.30.num.2.* Franciſc. Auileſ. *cap.10. Prætorum, verbo* execucion, *num.33.* Didac.Perez *ad l.4. titul.8.lib.3. ordinam. gloſſ. 1. non procul ante fin. verſ.* Utrum autem idem ſit reſpondendum, *& in l.5. gl.1.verſ.* Ultimò eſt notandum, *ad medium*, dum mouentur *ex l.126. al.131.ſeu finali, in curiis Matritiis*, à qua dicta lex compilat. ortum habuit, & agnoſcit D. Anton. Pichard. *manuduct. ad praxim p.1.præcepto, & §.5.numero 7.* Nec enim * 8 argumenta, quæ in contrarium adduximus per ſe ſufficiunt ad inducendum abſolutè apud nos ius executiuum, ita strictum, & exorbitans ex ſola recognitione, adeoque opus fuit, vt id nominatim caueretur

caueretur *in dict.l. 5.* vt vltra D. Couarruuias, Paz, & Azeued. *vbi proximè*, notarunt rectè Ioannes Gutierrez *libro 1.practicarum quæſt.121. numero 1.& 2.* D.Iacobus Valdeſius *in annotat.ad Roderic.Suar. in l.poſt rem iudicatam, ff. de re iudic. in declar. legis Regni, ante prælud.litera A,*& in terminis ſimilis ſtatuti Ioſephus Cumia *in Ritu Magnæ Curiæ capite 6. numero* 20. quicquid contrarium audacter tutari conentur Morla, & D.Pichardus relati ſupra *numero 2.* Iure autem communi confeſſio abſolutè executionem non habet, ſed præmiſſo præcepto de ſoluendo, vt aperiemus infra, & vis publici inſtrumenti, quæ priuatæ ſcripturæ recognitæ tribuitur *in dict. l.119.partitæ*, procedit quoad authoritatem non minorem illius, ſiue ad probationem in via ordinaria, cùm iure communi publicum inſtrumentum paratam executionem non haberet, vt alibi dicemus, ſiue etiam ad prælationem reſpectu hypothecæ, iuxta latè ſuperiùs tradita *diſſert.21.*Mouere tamen potuerunt argumenta illa, & rationes legiſlatorum ad ita diſponendum, vt benè aduertunt D.Couarr. *d.c.11. n.4.* & Paz
9 *d. cap.5.num.13.* & cum * generaliter relata lex loquatur, & rationes illæ non tantum militent in chirographo, ſed etiam in epiſtola, ac libro rationum, de his omnibus priuatæ ſcripturæ ſpeciebus ſuperior ſententia accipienda eſt, vti de omnibus ſub priuatæ ſcripturæ nomine loquuntur, & explicant vltra Rebuf. & alios, Domin. Couarru. *d. libro primo, variar. capite 11. numero quarto*, Auendañ. *de exequen. mandatis 2. p. capite trigeſimo ex numero ſecundo.* Auileſius *in capitibus Prætorum, d. capite decimo, verbo* execucion, *ex numero trigeſimo tertio.* Paz *in praxi dict. capite primo, numero vigeſimo primo,* latiſſimè, & magis in ſpecie Parlador. *d. cap.fin. 1. p. §. 5. à numero decimo ſeptimo, & §.6. per totum,* & Azeued. *in d.l.5. titulo vigeſimo primo, libro quarto, nouæ compilat.* Volañus *in Curia Philippica 2. p. 5.§.6. per totum,* Villadiego *in politica 1. part. capite ſecundo, numero vigeſimo quarto, in fine, & à numer. 28.* Amator Rodericius *de execut. ſententiar. capite primo, artic.2.per totum*, maximè
10 *numero 15.* Collerus *dict. numero 97.*qui * omnes de requiſitis ad prædictam recognitonem, vt executionem paratam habeat, latiſſimè pertractant, quæ & nos hic (vt nihil ad praxim vtile omittamus, & an rectè ſe inferiores iudices geſſerint in addictionis ſententiis, quas huiuſmodi recognitionis virtute quotidiè proferunt, ſuperiores cognoſcant) quantò fieri citiùs poterit, exponemus.

11 Primò igitur prædicta recognitio, vt & confeſſio facienda eſt coram competenti iudice, etiam non pro tribunali ſedente, neque alteræ parte, vel eius procuratore præſente, cùm res hæc cauſæ cognitionem non requirat, nam aliàs ſecus eſſet, ex reg. Text. *in l.nec quicquam 9.§.1.ff.de officio Proconſulis*, iuncta *l. voluit 4. §. 1.ff.de interrogat. in iu. fac.* cum notatis à Bart. *ibi numero primo*, & latius *in l.vni.numero quarto, quinto, & ſexto, Cod. de confeſſis* (quomodò ſunt accipienda quæ tradunt Abb.*numero ſexto*, Felin. *numero primo*, & alij *in cap.at ſi clerici 4. de iudiciis*, ac poſt alios Carolus de Graſſis *in tract. de exceptioni. except. 14.numero quarto, & quinto*, Gratian.*diſcept. forenſ. tomo primo, cap.*
12 *183. numero 11.*) aut * coram tabellione, vel apparitore, quem alguacellum dicimus de eiuſdem iudicis mandato partis confeſſionem, vel recognitionem admittente, quod iure fieri poſſe conſtat *ex capite primo, § fin.* illic: *pro ineundis, vel recognoſcendis contractibus coram ipſis, de foro competenti, in 6.* per argum. ab ſpeciali, & vtrumque apparet *ex dict. l. 5.* ibi: *Fechas ante Iuez competente*, iuncta *l.ſexta, circa finem, verſ. Aſſi meſmo, aya lugar de ſe fazer, y fagan ante el alguazil o oficial eſcriuano, ante quien el Iuez lo cometiere, que reconozca. tit.21. lib.4 nouæ compilat.* notant vtrumque Auileſius *dicto verbo execucion, numero 28. & 33.* Auendañ. *dict.c. 30. numero quinto, in 7. requiſito, poſt princip. & reſponſo 4. numero ſeptimo.* quem refert nouiſſimè, licet non omninò probet, D.Illephonſus Perez de Lara *in compend. vitæ homin. cap. 24. numero 99. & 100.* firmant tamen longè veriùs Parladorius, qui in confeſſione loquitur, *dict. cap.fin. 1.part.§.4. numero quinto, verſ.* Hoc quoque, *& num.6. & ſeptimo*, Azeued. latè explicans, *in dict.l.5.compilat.à numero 25.ad 30.*Amator Roderic. *dict. art. 2. numero ſeptimo 31. & 36. cum duobus ſequentibus*, Collerus *dict. cap.1. numero 99. cum totidem ſeqq.* Stephanus Gratianus *diſceptat. forenſ. tomo primo, dict.cap. 183. numer. vndecimo*, Genoa *de ſcriptura priuata libro primo, quæſt. 8.aliàs 14.numero ſeptimo*, D. Ioannes Baptiſta Valençuela eleganter exornans, *dict.conſ. 112.numero 11.* maximè *numero 35. & 48.* qui etſi *numero 30.* firmare videatur, non ſufficere, quod recognitio fiat coram tabellione, vel alio miniſtro iudicis, poſtea tamen *numero 32.* contrarium recognoſcit *ex dict.l.6.compil.*

Quibus conſequens eſt primò, recognitio- 13 nem, aut confeſſionem, coram iudice incompetenti factam, executionem non mereri, vt notat Zynus *in l.vnica, quæſt.4.ſiue numero quinto, in fin. Cod.de confeſſis*, & communis, quam reſoluunt proxime relati, quanquam * ad hoc 14 ſaltem proſit, vt in ea perſiſtere confeſſus à ſuo iudice compellatur, vt tradit Antonius Francus *in additione ad Abbatem in capite primo, numero 25.de iudiciis*, Rebufus *de chirographorum recognitione, art.1.numero 31.* verſ. *Illa tamen recognitio*, Ioannes Gutierr. *pract. quæſt. libro primo, quæſt. 126. num.vltim.* vltra plures alios congeſtos à præceptore meo Valdeſio *in annotation. ad Roderic. Suar. in l. poſt rem iudicatam, notab. ſeu caſu 3.addit. 1. ſub lit.F, ſiue verſ.* Item quod fiant, *poſt princip.ff. de re iudicata.*

Deinde & illud multò magis conſequens eſt, 15 omninò extraiudicialem recognitionem, confeſſionem, minimè ad executionem ſufficere, ex regula legis *minor 25. annis, cui fideicommiſſum 40. verſ.*Cauerat ſe id accepiſſe, *ff. de minor. l.4.§.ſi ex conuentione ff.de re iudicata* notant Bart. *in l.1.numero quarto, ad finem, verſ.* In omnibus caſibus, *ff.iudicatum ſolui*, Antonius Francus, rectè explicans *dict. addit.1. ad Abbatem in cap. 1. numero 25. in princip.& verſ.*Et ad prædicta, *de iudiciis*, licet talis confeſſio, aut recognitio, teſtibus probata, ad viam ordinariam proſit, vt cum Rebufo *dict.tit. de chirographorum recognitione, in præfat. numero ſexto*, obſeruant optimè Amator Rodericius *dict. art.2. numero 8.* Collerus *ſup. numero 98.* latéque cum communi proſequitur Ioannes Gutierr. *de iuram. confirmat. 1.part. cap. 54. per totum*, diſtinguens inter confeſſionem * extraiudicialem factam creditore ab- 16 ſente, quæ duobus probata teſtibus, ſemiplenam dumtaxat probationem contra confitentem inducit, non verò plenam regulariter, niſi

vno

vno accedente teſte, qui de viſu contracti de-
biti deponat, quod *à numero primo, ad* 18. *inclu-
ſiue* eleganter probat, & exornat, nonnullos
ab regula caſus excipiens, & confeſſionem ex-
traiudicialem * factam præſente parte, quæ
17 duobus legitimis teſtibus probata, plene pro-
bat, ac fidem facit, vt idem Gutier. *numero* 19.
oſtendit ac *numer. ſeqq.* optime declarat, id quod
etiam latè proſequuntur, & exornant Marant.
de ord. iud. 6. *part. actu* 5. *de confeſſ. numer.* 2. *& à
numero* 11. Dueñas *reg.* 119. *&* 20. Ioſephus Ludo-
uic. *deciſ. Peruſina* 9. *per totam*, maximè *numero
primo, &* 16. *cum ſeqq.* Barnabas Cornazanus
deciſ. Lucenſ. 13. *numero* 12. *deciſ.* 57. *numero* 14.
deciſ. 60. *numero* 8. *deciſ.* 85. *numero* 11. *deciſ.* 129.
numero primo, & deciſ. 211. *numer.* 7. Ludouicus
Cencius *de cenſibus part.* 1. *capite quarto, à numer.*
25. D. Valençuel. *conſ.* 17 *numero ſecundo, & conſ.*
126. *à numer.* 5. Hieron. Bucaronius *de differen-
tiis inter iudicia ciuilia, & criminalia, differ.* 34. *nu-
mer* 2. *&* 5. Camil. Borrel. *in ſumm. deciſ. tom.* 2.
titul. 5. *à numer.* 63. *ad* 71. vbi latè de confeſſio-
ne extraiudiciali abſente parte facta, *& numer.*
73. *cum* 2. *ſeqq.* vbi de confeſſione facta parte
præſente.

18 Secundò oportet, vt recognitio fiat ab ipſa
parte ſcribente, vel ſubſcribente, alterutrum
enim ſufficit, ſcil. quòd vel propria manu, ac
proprio expreſſo nomine ſcribat, licèt non
ſubſcribat, arg. Tex. *in l. cum antiquitas* 28. *§. fin.
C. de teſtamentis*, vbi notat Bald. *numer.* 6. &
Paul. Caſtrenſ. *numer.* 7. Ludou. Roman. *conſ.* 303.
numero primo, & poſt alios Felin. *in cap.* 2. *de
fide inſtrument. numer.* 7. Hippol. Marſilius *in re-
petitione rubrica, Cod. de probat. numer.* 272. *aliàs*
295. *ſub* verſ. *Prædictis etiam*, Rebuf. *dict. titul. de
chirographorum recognit. in præfat. numer.* 84. Ant.
Gabriel. *commun. concluſion. lib.* 1. *titul. de præ-
ſumpt. concluſ.* 3. *à numer.* 11. *ad* 13. Gaſp. Caballi-
nus eleganter explicans, *milleloquio* 664. 2. *mille-
loquiorum parte*, Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſu*
114. *numer.* 4. *& de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 66.
numero ſecundo, Maſcard. *de probat. tom.* 3. *concl.*
1300. *numer.* 2. Iacobus Cancerius *var. reſolut.
lib.* 1. *cap.* 22. *numer.* 26. verſ. *Quod tamen fallit*,
Alexand. Trentacinq. *var. reſolut. libro ſecundo,
reſol.* 12. *de fide inſtrument. numer.* 5. Polydorus
Ripa *obſeruat.* 190. *numer.* 2. *&* 3. Nicolaus Ge-
noa *de ſcriptura priuata lib.* 1. *quæſt.* 3. *aliàs* 4. *prin-
cipali, numer.* 128. Ioannes Dominicus Gaitus
de credito cap. 2 *tit.* 8. *numer.* 2622. Ioannes Wa-
meſius *conſ.* 67. *numer.* 21. *centur.* 3. vel etiam *
19 ſolum ſubſcribat, alio ſcribente, quia & ipſe
ſcripſiſſe cenſetur, vt ex *l. ſi ita ſtipulatus* 126. *§.
Chryſogonus, in princ. ff. de verbor. obligationibus*,
deduxerunt Ang. Imola, idem Caſtrenſis, &
alij, quorum meminit Iaſ. *ibi numero ſecundo*,
qui tamen *in* verſ. *Ego vltra ſcribentes*, eius le-
gis, & aliarum ab his allatarum inductionem
refellit rectè, alia iura expendens, quæ me-
lius eam ſententiam probant, quam & ſtatim
referendi veriſſimam eſſe profitentur.

20 Procedit autem illa nedum, vt talis ſcriptura,
ſolam partis ſubſcriptionem, ab ea recognitam
habēs plenè probet ad obtinendum contra ſub-
ſcribentem in via ordinaria, hoc etiam caſu
verificata regula Text. *in dict. cap.* 2. *de fide inſtru-
ment.* & ſimilium, in quo nemo interpretum du-
bitauit, vt ipſe Iaſon fatetur, & reſoluunt Hip-
pol. Marſil. *in d. repetit. rubrica, Cod. de probat. à nu-
mer.* 295. *alias* 314. Pariſius *conſ.* 79. *nu.* 1. *&* 2. *lib.* 3.
& alibi ſæpè, Ripa, & Corraſius *in l. admo-
nendi, ff. de iureiur.* ille *numer.* 102. hic verò *poſt
præludia, & ſcholia numero* 48. *ad finem*, & poſt
alios Emanuel. Coſta *in l. ſi ex cautione, ſcholio* 2.
ad verbum tua, *num.* 1. *Cod. de non numer. pecunia*,
Menoch. *dict. præſumpt.* 66. *ex num.* 7. Maſcard. *de
probat. concluſ.* 1347. *ex num.* 2. Rota Genuen. *de-
ciſ.* 65. *num.* 1. *deciſ.* 76. *num.* 2. *deciſ.* 78. *num.* 1. *deciſ.* 96.
num. 6. *deciſ.* 124. *num.* 1. *&* 2. & alibi paſſim, Ca-
balin. *milleloq.* 661. *part.* 2. latè Franciſcus Cal-
das *de empt. & vendit. cap.* 6. *num.* 15. Cancerius
dict. cap. 22. *num.* 2. Nicolaus Genoa *dict. quæſt.* 3.
aliàs 4. *à num.* 129. Gaitus *vbi ſuprà num.* 2623.
ſed etiam vt executioni mandari poſſit vigore
ſtatuti, priuatæ ſcripturæ, propria debitoris
manu factæ, ac per eum recognitæ executi-
uam vim tribuentis, vt notarunt Angel. *num.* 3.
& cæteri magis communiter *in dict. §. Chryſogo-
nus*, ſecundum Iaſ. *ibi, numer.* 4. (qui ait huic
ſententiæ neminem ex interpretibus eius loci
contradicere) Alex. *conſ.* 147. *numer.* 4. *lib.* 2. Dec.
in Authentic. *ſi quis in aliquo, numer.* 18. *C. de eden-
do*, Rebuf. *dict. titul. de chirographorum recogni-
tione, in præfatione à numer.* 51. Caballinus *ſup. nu-
mero ſecundo*, Menoch. *ſup. numer.* 12. Maſcard. *d.
concl.* 1347. *ſub numero* 8. Caldas Pereira *dict. cap.*
6. *numer.* 16. etiamſi idem Angelus ſibi parum
conſtans, prout vulgò allegatur, *in dict. l. cum
antiquitas §. fin.* in lectura Florentina (quam ta-
men ego inuenire non potui) contrarium do-
ceat, ſcilicet vigore dicti ſtatuti, non eſſe exe-
quendum chirographum aduerſus eum, qui ſo-
lam ſubſcriptionem recognouit, eiuſque ſen-
tentiam veriorem dicat Iaſ. *in dict. §. Chryſogonus,
numer.* 6. *&* 7. *& in l. emptor,* 47. *§. Lucius, num.* 3.
ff. de pactis, & Herman. Decius, cuius memi-
nit Maſcard. *dict. numer.* 8. qui præſertim mo-
uentur ex *l. ſi ego* 9. *§. dotis, aliàs §. cæterùm*, verſ.
Planè, illic: *vt is ſubſcribat, quaſi res acceperit,
& velut chirographum eius vxor retinet, ff. de iure do-
tium*, iuncta reg. *l.* 3. *§. hæc verba ſine*, vbi Bart.
& communis, *ff. de negot. geſtis*, quibus rectè ſa-
tisfacit Coſta *dict. ſcholio* 2. *numero tertio, verſ.*
Tertia ſpecies, *& numero quarto*, Caldas *d. nu-
mero* 16. & in terminis * *d. l. Regiæ* 5. *tit.* 21. *libro* 4. 21
compil. quod partis, nedum totam ſcripturam
propria manu, ac proprio expreſſo nomine ſcri-
bentis, ſed etiam ſubſcribentis tantùm ſcripturæ
eius nomine ab alio factæ, recognitio ſufficiat, vt
aduersùs eum exequi poſſit, notarunt poſt alios
Azeued. *ibi, num.* 5. *in princip.* Didacus Burgenſis
quæſt. ciuili 4. *numero* 22. Ioannes Baptiſta Villa-
lobos *in ærario communium opinionum litera E, nu-
mero* 249. Parlad. *dict. lib.* 2. *rerum quotidianarum
cap. fin.* 1. *part. §.* 5. *num.* 5. *in princip. & in fine*, Gu-
tierrez *lib.* 1. *practicar. quæſt.* 123. *num.* 2. Amator
Rodericius *de executione ſententiæ dict. cap.* 1. *art.* 2.
n. 13. idem * cum Rebuffo *ſup. n.* 44. *&* 57. atque 22
aliis docentes, etſi priuatum inſtrumentum,
ſeu chirographum, neque ſcriptum, neque ſub-
ſcriptum ſit à debitore recognoſcente, ſed ab
alio de eius mandato, vt & circa legem Re-
giam Luſitanam, noſtræ ſimilem obſeruat Pe-
reira *de empt. & vendit. dict. cap.* 6. *numero* 17. du-
cti ex ratione Textus *in l. Diuus Claudius,* 15.
§. item Senatus, aliàs §. & quatenùs, illic, *videri
enim ait ipſius domini manuſcripta, cuius voluntate
ſcripta ſunt, ff. ad l. Cornel. de falſis*, cum ſimili-
bus inferiùs referendis. Quinimò * Parladorius 23
dict. num. 5. *in princip.* id in terminis probari con-
tendit *in l.* 119. verſ. *E porende*, illic: *o de otro, que
la*

la fizieſſe por ſu mandado, iuncto verſ. *Si la parte
contra quien aduzen tal carta como eſta, la otorga-
re, tit.* 18. *part.* 3. in quo tamen ipſe planè falli-
tur, nam lex illa dumtaxat loquitur in termi-
nis viæ ordinariæ, non verò executiuæ, vt &
24 ſupra attigimus, & infra latiùs explicabimus.
Non autem ſufficiet, neque ad viam ordi-
nariam, neque executiuam recognitio tertij
ſcribentis, vel ſubſcribentis de mandato prin-
cipalis, ſed omnino neceſſe eſt, vt debitor de
mandato aliàs legitimè conuincatur, ſi ordina-
rie agatur, vel ſi executiua via ſit inſtituta, de-
bitor ipſe recognoſcat, ac fateatur, ipſius man-
dato chirographum ſcriptum, vel ſubſcriptum
eſſe, nec mandatum teſtibus probari ſufficiet; ne
25 ſcilicet in primo caſu * in tertij poteſtate ſit,
quenquam inuitum obligare, contra regul. Tex.
in l. ne in poteſtate 26. *ff. de receptis arbitris, l. ſi ſer-
uus* 27. *§.* 1. *in fin. ff. ad legem Aquil. l. interdum* 16. *§.
ſerui, qui in fuga, verſ.* Ne inquit, *ff. de publi-
can. & vectigal. l. Pomponius* 13. *in fin. principij, ff. de
acqu. poſſ.* (quicquid eam regulam infirmam eſſe
contendat Cuiac. *lib.* 17. *obſeruat. cap.* 15.) iuncta
alia reg. Text. *in l. non debet* 75. *ff. de regul. iur. Auth.
de inſtrum. cautela, & fide, §. ſi quis igitur, cum
ſeqq. collat.* 6. *cap. indicas* 14. *verſ.* Nos vni parti
26 3. *quæſt.* 9. aut ne in ſecundo caſu executiuum *
ius, adeò ſtrictum, & exorbitans, ex teſtium
depoſitione pendeat, vt vtrumque viciſſim no-
tarunt Ioannes Imolenſis, *conſ.* 91. *in princ. & nu-
mero primo, & ſecundo*, Hippol. *in rubr. Cod. de
probationibus numer.* 288. *verſ.* Sed quæri poſſet,
aliàs numero 309. *& in practica §. diligenter, nu-
mer.* 38. *verſ.* Præterea dico, *& numer.* 39. *& ſin-
gulari* 471. Ripa *in l. admonendi numero* 101. *verſ.*
Item ſecus *ff. de iureiurando*, Rebuffus *ſup. nu.* 37.
& 57. & Caldas *dict. numero* 17. Idque quod ad
executiuam viam attinet, apertè colligitur *ex
dict. l.* 5. *compilat.* ibi: *Reconocidos por las partes*, vbi
docet etiam Azeue. *numer.* 6. *verſ.* Verum tamen
eſt, *& numero ſeptimo*, Paz *dict.* 4. *part. tom.* 1. *c.* 1. *n.*
29. Gutier. *dict. libro primo, pract. quæſt.* 121. Par-
lador. *dict. numero quinto*, verſ. *Hoc autem*, Ama-
tor *dict. art.* 2. *numer.* 12. Villadiego *in politica,*
27 *cap.* 2. *numer.* 18. *in fin.* quicquid ſolam * teſtium
depoſitionem de mandato ſcribendi à debitore
facto ſufficere, vt ſcriptura aduerſus debito-
rem ipſum executioni mandari poſſit, voluerit
Stephanus Gratianus *diſcept. forenſ. lib.* 1. *c.* 183.
n. 17. nam procul dubio fallitur.

28 Ex quibus apparet, illud in propoſito non
parùm intereſſe inter viam ordinariam, & exe-
cutiuam, quòd in illa, ſi prætenſo debitore
negante mandatum tertio datum, id fuerit pro-
batum teſtibus, non eò minùs tertij recogni-
tio contra ipſum operabitur, quòd non etiam
ipſe in ea recognitione concurrat, cùm ſuffi-
ciat de mandato alioqui legitimè conſtare, ex
regul. Tex. *in d. l. Diuus, in fin. princip. & §. & quate-
nus, ff. ad l. Cornel. de falſis, in l. vice donatricis* 20.
& in l. in donationibus 31. *verſ.* Ita tamen, *C. de donat.*
29 ex quibus locis conſtat, * nihil intereſſe an quis
ſcribat, vel ſubſcribat propria manu, an alius de
eius mandato, vt ipſius propriè cautio dica-
tur; vnde hoc in caſu ſcriptura contra ipſum,
non tantùm recognoſcentem, ſed etiam negan-
tem, & de mandato conuictum probabit, vt
docuerunt Bald. *conſ.* 98. *numer.* 20. *volum.* 2. Ange-
lus *in dict. l. ſi ex cautione, numer. tertio, verſ* Item
non eſt verum, *Cod. de non numer. pecun.* & ibid.
Coſta *dict. ſcholio* 2. *numero quarto*, verſ. *Ille ca-
ſus*, Ludouic. Roman. *conſ.* 204. *numero ſecundo,
ad fin.* verſ. *Poſſumus*, Iaſ. *in dict. §. Chryſogonus,
numero* 6. Rebuf. *dict. tit. de chirographorum reco-
gnit. in præfat. numer* 37. *ad fin.* Craueta *conſil.* 73.
numero primo, (id rectè amplians cum Baldo
ſup. vt procedat non obſtante ſtatuto, quo cau-
tum ſit, quod ſcripturæ tertij non credatur)
Caballinus *milleloquio* 162. *part. ſecunda*, Can-
cerius *dict. cap.* 22. *numero quarto, &* 26. verſ.
Neque requiritur, Tuſch. *dict. concl.* 76. *numer.* 31. *&*
32. Vincentius Grilenzonius *conſ.* 52. *numer.* 25.
& 26. Nicolaus Genoa *dict. quæſt.* 3. *alias* 4. *à
numer.* 108. idque apud nos probat *l.* 1. 4. verſ.
Pero ſi aquel, illic: *a menos, que la otra parte
prueue, que el la fizo, o por ſu mandado fue fecha,
& dict. l.* 119. ibi, *o de otro que la ouiere fecho
por ſu mandado, titul.* 18. *part.* 3. At vero * in 30
via executiua, quæ virtute chirographi in
iure recogniti prætenditur tam apud nos *ex dict.
l.* 5. *compilat.* ſic diſponente, quàm apud alias
nationes, in quibus ſimilia vigent ſtatuta,
non ſufficit recognitio tertij, qui de manda-
to debitoris ſcripſit, vel ſubſcripſit, ſed ipſius
debitoris recognitio pro forma deſideratur,
quæ in negante ſcripturam, vel mandatum,
propriè dari non poteſt, etiamſi eam tertius
recognoſcat, vt ex Imola & aliis ſuperiùs
notauimus, & licèt ipſi datum mandatum te-
ſtibus comprobetur, quemadmodum * nec pro- 31
batio debiti, in chirographo à debitore ne-
gato contenti, ad viam executiuam ſufficit, vt
tradunt Auendañ. *de exequendis mandatis,* 2. *p.
cap.* 30. *num.* 5. Parladorius *dict.* 1. *part. §.* 5. *à nu-
mero* 14. & poſt alios Azeued. *in dict. l.* 5. *compilat.
num.* 7. *& in l.* 2. *eiuſdem tituli num.* 1. *&* 2. Ama-
tor Roderic. *de executione ſententiæ capite primo,
artic.* 1. *num.* 16. Volañus *in Curia Philip.* 2. *part. §.* 6.
num. 2.

Unde in primis cauendum eſt à Boetio *deciſ.* 32
295. *num.* 13. Aſinio *in tract. de executionibus, §.* 1.
cap. 24. qui chirographum, trium teſtium vi-
rorum, proprias ſubſcriptiones recognoſcen-
tium, authoritate ſuffultum, iuxta formam
Text. *in l. ſcripturas* 11. *verſ.* Niſi fortè, *Cod. qui
potiores*, aut etiam duorum, de contractus te-
nore deponentium, non minùs executionis ius
habere exiſtimarunt, quàm ſi illud à parte le-
gitimè in iudicio recognitum eſſet, eius l. ar-
gumento ducti, vbi eiuſmodi chirographum
publici inſtrumenti vim habere diſponitur, &
vt tale quoad ius hypothecæ præferri inſtru-
mento publico poſteriori, iunctis quæ circa
eam l. Iacobus Butrigarius Zynus, & cæteri
communiter notarunt, ac nos ſuperiùs proba-
uimus *diſſertat.* 21. *num.* 23. *&* 34. nempè nihil in-
tereſſe an chirographum iuxta illius l. formam
confectum ſit, vel à parte in iudicio legitimè
recognitum, aut eius tenor per duos idoneos
teſtes, qui contractui interfuerint, probatus.
Quod tamen argumentum per quam fallax eſt,
nec eos mouere debuit; quia æquiparatio præ-
dicta procedit tantùm quoad effectum præla-
tionis, de quo *ibi*, ad quam iure ordinatio agi-
tur, non verò quoad ius executiuè agendi,
quod non niſi inſtrumento verè publico, aut
priuato, iudicialiter ab ipſa parte recognito;
iure noſtro conceſſum eſt, adeoque cùm adeò
ſtrictum ſit, & exorbitans, non eſt ad eos ca-
ſus trahendum, in quibus aliàs de chirogra-
phi tenore, ſiue de debito in eo contento le-
gitimè conſtaret, quia ſic nullus ferè caſus
daretur;